

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Elucidatio qvorvndam locorvm theologicorvm de sacramentis [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

ELVCIDATIO
QVORVNDAM LOCORVM
THEOLOGICORVM
DE
SACRAMENTIS,

In quibus S. Bonauentura
Doctor Seraphicus à qui-
busdam DD. grauiori
censura perstringi-
tur.

PROPOSITA

A F. BONAGRATIA
HABSENSI ALSATA
Franciscano Capucino,

				1
				2
				3
				4
				5
				6
				7
				8
				9
				10
				11
				12
				13
				14
				15
				16
				17
				18
				19
				20
				21
				22
				23
				24
				25
				26
				27
				28
				29
				30
				31
				32
				33
				34
				35
				36
				37
				38
				39
				40
				41
				42
				43
				44
				45
				46
				47
				48

Quid sit
 que ratio
 ut terminus
 latus et v.
 nitatis que
 tonus con-
 tingit

Intellectum
 etiam
 dicere
 seu ex
 prima
 te

Comparative ad Crea-
 turas ratione Causali-
 tate que sunt

SECVNDVS LIBER SENTENTIA EST DE
 Generali quantum ad principium efficiens et finem

△
 Relo. et ratio in

Spirituali scilicet Angelis
 quales facti sunt

Quado et ubi creati
 Quales dispositione Naturali
 Morali
 Per auersionem et Comersionem
 in ruina et lapsu
 Obstantia obijungit corpora cōm
 Mysterium Demōstrānis similit
 Confirmat et obliat
 et quae obsequantur
 Confirmat quod Ministerium
 hanc ad
 Distinctionem
 Custodiam

Species de creatura

Corporali quantum ad principium

Materiale

Generale

Formale

Spēiale rerū

Simplicium

Mixtarum

Effectuarum

Principio

Efficientium

Viri

Mulieris

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Composita & Ho
 mine quibus ad

Principio

Effectuarum

Viri

Mulieris

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Quasi in diuisione

Lapsus

per

Peccatū

Quid sit

Originalē

Qualiter Deleatur

Multiplietur

Causalitate origin et subiectu

sit actus vel priuatio

Quid sit Primum sit poena pec.

utrum in quantum ad actus sit ad De

Vnde voluntas dicit tracta

quare voluntas de prauet

notis quā alie notitia

qualiter ex voluntate des

uetur actus exterior

glr ex defectu intent

prauetur actus exterior

da differ pec in cōmū

de peccato in Spar. 8.

Vnde sit notia peccandi

Actualē

Genū

ratum

quali

ter ori

etur à

volunt

tate

Speci

Continet

Libi. dd. 48. aa. 85. qq. 252.

Libz. dd. 44. aa. 119. qq. 328.

Liber 3. dd. 40. aa. 81. qq. 287.

Liber 4. dd. 50. a. 152. qq. 338.

Simil. omnes Distinctiones 182. art. 437. quat. 1205.

Generatim

Trinabulis

Quantum ad illius Integritatem
Baptismo Institutionem
Per comparationem ad Recipientes
Dantes

Confirmatione

Secundum se

Gratia
quam
libant

Eucharistia

Manducates quibus ad Manducatio in sum
Alibi qui manducato
Per comparationem ad Confectionem
Cofectio quibus ad Cofectio ad separata
Cofectio ad potestatem

In generali

Penitentia

Qui possit fieri de uno peccato sine alio
Quot et quatenus sint Penitentiae partes
Necessitatem considerandi
Peccatis absoluti In se
Remissionem Mortalium
Confessionis contemptum Venialium

Oratorum de
Sac. N.L.

Socialiter de
Eius partib. Cofessione
quibus ad

SANCTATE

Extrema Unctione

Ordine quantum ad
Illius dispensationem

formalem

sufficiens

Interiori Sufficientes ab de
Interiori Intellectu per errorem
Soluntis per vim
Interiori Intellectu per errorem
Bona coniugii communiter
Debiti

Qualiter fides thori surit in Patribus ut quis
Defectu Viri ut impozita coorandi
Vnde Divorrium
Stabili legis humanae iudicio etc.

Matrimonium
quatenus ad
causam

Materiali quae
quid sit per se
Sufficientes vel
Inimae
Inimae
Inimae
Inimae

Defectu Viri ut impozita coorandi
Vnde Divorrium
Stabili legis humanae iudicio etc.
Propria obligatione ut voti et ligamen
Distinctionem ut cultus dispensationes
Coniugium
Carnalis
Affinitatis
Spiritualem

an sit


Resurrectione Quid sit et qualis

gloria ad quam disponit Vbi de

Statu et conditione animarum post mortem
Mortuorum
Modum
Formam et potestatem iudicis
Mortuorum

Concessione Superiorum excuset

M. in p.



ELVCIDATIO.

S BONAVENTURAM cum innumera spectabilem reddant, id vel maxime prestat S. D. Sixtus V. Apostolica illa perpetuò valiturâ Constitutione, quæ incipit: Triumphantis Hierusalem. Vbi maturâ desuper habitâ cum S. R. E. Cardinalibus deliberatione, de eorundem consilio, & unanimi consensu, ex certâ scientiâ & Apostolica potestatis plenitudine, doctrinam ipsius S. Bonaventuræ, à Prædecessoribus suis Clemente IV. Gregorio X. & Sixto IV. laudatam, in Concilio Lugdunensi maxime spectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas adhibitam, grauissimorum virorum auctoritate restitutam & commendatam, & eximio Ecclesie Doctore dignam, plurimum in Domino laudans & commendans; Litteras eiusdem Sixti IV. innouando, ipsum S. Bonaventuram, jure SS. Doctorum consortio ab eodem Sixto IV. adscriptum & connumeratum, autoritate Apostolicâ, inter præcipuos & primarios, qui Theologica Facultatis Magisterio excelluerunt, habendum, ac venerandum esse decernit & declarat, illiusque libros, Commentarios, opuscula, opera denique omnia, vt aliorum Ecclesia

A 2

DD.

DD. qui eximij sunt, non modò priuatim, sed
 publicè in Gymnasijs, Academjs, Scholis, Colle-
 gijs, Lectionibus, Disputationibus, Interpreta-
 tionibus, Concionibus, Sermonibus, omnibusq;
 alijs Ecclesiasticis studijs Christianisque exerci-
 tationibus, citari, proferri, atque cum res postu-
 lauerit, adhiberi voluit, ac decreuit. Quam tan-
 tæ autoritatis attestacione, cum in laudem Se-
 raphici Doctoris præclarè dici nihil possit, vel
 ipsæius Doctrina magis commendari, sunt ta-
 men in illa quadam, quæ peregrino Lectori non
 parùm paradoxa videri queant, vt peritissimi
 quoque viri orthodoxo sensui dissentanea planè
 iudicauerint. Quibus cum absterreri Sancti hu-
 ius Cultor Seraphicæ Doctrinæ audis posset,
 aliqua seligere placuit, quæ cum grauiori cen-
 sura notata, discussione modicâ Crisin adeò ri-
 gidam non difficulter eludant, sp. m non vanam
 facient, quam in reliquis etiam minùs suspecta
 sit, quin imò quod præclarè aliquando Gerson
 censuit, nullam sublimiorem, nullam diui-
 niorem, nullam salubriorem, atque sua-
 uioiorem pro Theologis esse Doctrinam,
 quoniam sapientissimus hic Doctor planè
 Seraphicus, & in dicendo solidus est, & se-
 curus, & pius, & iustus, & devotus, & à
 Sanctissimo eque ac Sapientissimo Thoma Aquina-
 tate, in hac mortali vita adhuc superstes Sancti-
 tatis elogium obtinuit, vt omni proinde vene-
 ratione frequentanda maximè sit, cuique vt
 egregiè

egregiè Trithemius aiebat, qui & doctus esse
velit & deuotus, intentus esse semper de-
bet. Doctrina puritatem non obscurat sed mul-
to adhuc illustriorem reddit rerum selectissima-
rum vberitas, tam apta earundem in omnibus
operibus dispositio, tamque concinnus ordo, ac
numeris vniuersis absolutus, vt pulchrius nihil,
delectabiliusque desiderari possit, etiam in li-
bris Sententiarum, quidquid modernis Theologis
methodo, quam Angelicus Doctor in sua Summa
tenuit, innutritis secus aliquando videatur, cu-
ius ergo, vt in hoc quoque Discipulo Seraphico
satisfaciam, quatuor prætmitto tabellas, quæ
vniuersam Theologia Summam in quatuor Sen-
tentiæ libris à Seraphico D. traditam non
minùs dilucidè quàm breuitate amœna ob ocu-
los ponant.

§. I. An Christus Dominus omnia novæ Legis Sacra- menta instituerit?

Decreuit Concilium Trident. sess. 7. de
Sacramentis in genere C. 1. atque Ana-
thema dixit, si quis dixerit Sacramenta novæ
Legis, non fuisse omnia à Iesu Christo Domino
nostro instituta. Hic licet non habeatur par-
ticula immediatè, subintelligendam tamen
esse, communis est sententia, cum de hoc
A; præcipuè

præcipuè tum contra Sectarios fuerit con-
trouersia; omnes etiam consentiunt abs-
que temeritate saltem, & manifesto erro-
ris periculo, non posse modò contrari-
um defendi; *Vt quidem* (inquit Tanner disp.
3. de Sacramentis q. 2. dub. 2.) *non solum se-
ctarij hodie, quoad Sacramenta illa, quæ illi non
recipiunt, defendunt: sed etiam ex antiquis Theo-
logis nonnulli fecerunt, qui olim negarunt, om-
nia Sacramenta immediatè à Christo Domino
fuisse instituta.* In his præter Hugonem Ma-
gistrum Alensem, & alios numerat etiam
S. Bonauenturam 4. Dist. 7. a. 1. q. 1. & Dist.
17. a. 1. q. 3. Idem Tannerus disp. 6. q. 7. dub.
1. cum recensisset hæreticos tam antiqui-
ores, quàm modernos negantes Confessio-
nem ab ipso Christo institutam, & iure Di-
uino necessariam, *sed ex Catholicis, inquit,
Doctoribus, quidam hac in re olim non leuiter
errarunt, asserentes Confessionem secretam &
specialem peccatorum esse quidem omnino salu-
tarem, atque ex Ecclesie præcepto necessariam,
non tamen ab ipso Christo institutam ac præcep-
tam, atque ita inter alios docere S. Bonauen-
turam 4. Dist. 17. p. 2. d. 1. de Sacramento
Confirmationis & Extremæ Vnctionis. Ea-
dem habet suis locis Bellarminus lib. 2. de
Sacramentis in genere. c. 23. Valenz. disp. 3.
de Sacramentis q. 5. p. 1.*

Et. Quam Catholica mens, & sententia

tentia Seraphico Doctore fuerit. testantur
hæc ipsius verba clarissima; de Institutione
Sacramentorum ait Breuiloquij parte 6. c. 4.
Hoc tenendum est, quod septem Sacramenta Le-
gis Gratia Christus instituit, tanquam noui Te-
stamenti mediator, & præcipuus Legislator, in
qua vocauit ad promissa æterna, dedit præcepta
dirigentia, & instituit Sacramenta Sanctifican-
tia. Instituit verò ea in verbis & elementis,
ad euidentiã significationis, & efficaciam san-
ctificationis: Ita quod semper habent significan-
tiam veritatis, sed non semper efficaciam Cura-
tionis, non propter defectum à parte sui, sed à
parte suscipientis. Hæc ille; Qui cum expres-
sè dicat, Christum instituisse Sacramenta in ver-
bis & elementis, satis indicat eundem præ-
scripsisse quã materiã, quã etiam formã ex-
hibenda forent. Quod si alicubi docuit A-
postolos ea instituisse, nomine institutionis in-
tellexit promulgationem cum D. Thoma,
Scoto, & alijs relictis in Lexico Theologico.
Verbo Sacramentorũ Institutio. Hac ratione
semetipsum explicat S. Doctõr 4. Dist. 22.
a 2. q. 1. Vbi de Pœnitentia, secundum quod
est Sacramentum Ecclesiæ loquens: In Le-
ge noua, inquit, vbi vnitas Ecclesiastica est per-
fecta, & reconciliatio plena, instituta fuit se-
cundum statum perfectionis, & quantum ad
formale, quod est absolutio Sacerdotalis & li-
gatio, & quantum ad materiale, quod est qua-

dam lucida & aperta confessio non solum in generali, verum etiam in speciali. Et primum Dominus instituit per se & promulgauit, scilicet Clauium potestatem Ioan. 20. post Resurrectionem; Secundum verò institutum fuit per Apostolos, vel vt melius dicam promulgatum, quia Dominus Apostolos docuit, & ipsi à Domino docti & auctoritate ab ipso accepta, imò eius auctoritate promulgauerunt. Non enim nobis tradiderunt, nisi quod à Domino, vel à Domini Spiritu acceperunt, & sic patet, quādo, & quomodo, & vbi, & à quo institutum est hoc Sacramentum. Hæc ille, quibus institutionem etiam immediatam Sacramenti Pœnitentiæ secundum omnes partes, ac nominatim quoad specialem peccatorum Confessionem tam apertè Christo Domino adscribit, vt nihil clarius; causam quoque reddens communiter admissam, cur Apostolos quoque instituisse dixerit. Etenim cum ad perfectam legis obligationem, non tam Legislatoris Iudicium, seu conclusio practica rerum à Comunitate agendarum, & obligandi voluntas requiratur, quàm Promulgatio, per quã voluntas Superioris obligare volentis, subditis denuntiatur, hac promulgatione leges institui potissimum dicuntur in ipso Iure c. in istis. D. 4. ibi: *Leges instituuntur, cum promulgantur Nec &c.* satis est promulgari apud paucos, sed per totam Communitatem sufficientem.

cienter diffundi debent, ait Soar. *de leg. l. 3. c. 17. n. 5. & 14.* vbi aduertit, quòd si cui lex aliquo modo miraculoso & naturaliter impossibili innotesceret, non statim illum obligaret. Et is qui præsens esset primæ legis publicationi, non deberet se censere confestim obligatum, sed expectare posset, donec per totam Communitatem diffundatur, quia lex prius obligat communitatem, quàm singulos. Et Layman *tr. de legib. c. 2.* quamuis legem, cum primùm publicè v. g. in Curia proposita fuit, quatenus est ex parte sua consecutam dicat essentialem vim obligandi omnes, vt tamen in actu secundo, & reipsâ quem obligatione præcepti constringat, legem omnibus ac singulis à Communitate denuntiare vel innotescere probat *ex c. 1. de concess. præben. in 6.* ibi: quòd lex seu constitutio & mandatum nullo adstringunt, nisi postquam ad notitiam peruenerint eorundem aut nisi post tempus, infra quod ignorare minimè debuissent &c. quanquàm igitur Christus Dominus (vt ait supra S. Doctor) hoc Sacramentum per se primùm instituerit & promulgauerit *Ioan. 20.* post Resurrectionem, auctoritatemque promulgandi vniuersim Apostolis dederit, completam tamen obligandi vim & vsum non nisi post hanc Apostolorum promulgationem obtinuisse, atque hac ratione in-

A §

stitu-

stitutum esse completiue non immerito dici potest. Porro eundem fuisse instituendū modum Sacramenta Confessionis, Confirmationis & Extremæ Vnctionis docet S. Doctor D. 23. a. 1. q. 2. quæ pariter ab Apostolis instituta cæteroquin asseruit. Quæ omnia melius patebunt ex §. sequenti.

§. 2. Quando Christus Dominus Sacramenta instituerit?

Layman *tr. 1. de Sacramentis c. 5. n. 2.* Licet S. Bonaventuræ & Alensis doctrinam de Sacramentorum institutione tam acriter ab aliis perstrictam, in Tridentino non fuisse damnatam arbitretur, scribit tamen S. Bonaventuram 4. *Dist. 23. q. 2.* Alensem &c. docuisse Sacramenta Confirmationis & Extremæ Vnctionis ab Apostolis primum post Christi Ascensionem instituta fuisse, per inspirationem Spiritus S. *Ad eum modum* inquit ex S. Bonaventura, *sicuti Apostoli per reuelationem Spiritus S. formam Baptismi ad tempus mutarunt, vt baptizent in nomine Christi.* Cum verissima & communis sententia sit, quod Christus Sacramenta omnia ante Ascensionem instituerit, Apostolis tradiderit; non autem quædam postea reuelauerit, aut inspirauerit.

Re: Cer-

82. Certum est quod docet S. Doctor
in Breuiloquio citato, non eadem ratione sed
diuersimodè fuisse Sacramenta à Christo
D. instituta. Quadam, inquit, instituit con-
firmando, approbando & consummando, vt
Matrimonium & Pœnitentiam; quadam au-
tem insinuando & initiando, vt Confirmatio-
nem & Extremam Vnctionem; quadam verd
initiando & consummando, & in semetipso sus-
cipiendo, vt Sacramentum Baptismi, Eucha-
ristie & Ordinis. Hac enim tria & plenè insti-
tuit, & etiam primus suscepit. Huius porro
diuersimodæ institutionis hanc reddit ratio-
nem 4. Dist. 23. a. 1. q. 2. ex diuersitate Sa-
cramentorum acceptam; quadam enim, in-
quit, sunt Sacramenta communia legi veteri &
noua, quadam propriissima legi noua, quadam
medio modo. Communia sunt illa, quæ sunt
quodammodo ex dictamine nature, quod quia
semper idem manet, illa Sacramenta ab initio
cucurrerunt, vt Matrimonium & Pœnitentia,
secundùm quod Deo reconciliat, & hæc quidem
Dominus Iesus consummauit & confirmauit in
lege noua (dando scilicet perfectionem Sacra-
mentalem) non euacuauit; quadam sunt pro-
priissima legi noua, & hæc sunt quæ signant gra-
tiam in tali statu, qua propriè competit noua,
hæc autem duo sunt, Confirmatio & Vnctio. Vbi
signatur Gratia Spiritûs S. secundùm quam in-
ungitur quis in pugilem, vt pro Christo audeat
mori.

mori, & in Regem, vt in Regnum calorū possit
introyre tanquam in suū, hoc est noue legis pro-
prium; Ideo in veteri Testamento non habuerunt
certam figuram hæc duo Sacramenta, & quia
signant Spiritus S. Gratiam in aliqua abundā-
tia, & Spiritus Sanctus abundanter non fuit
datus, quousque Iesus non fuit glorificatus,
sicut dicitur Ioan. 7. Ideo hæc duo Sacramenta à
Christo fuerunt insinuata, sed post à Spiritu S.
fuerunt instituta. Quedam sunt Sacramenta,
quæ in veteri lege non fuerunt in veritate, sue-
runt tamen in figura & significatione, sicuti Ba-
ptismus, Eucharistia & Ordo, & quia Christus
legem impleuit, & figuras euacuauit, hæc tria
Sacramenta per seipsum instituit. Hactenus
S. Doctor. Pro quorū elucidatione quan-
tum ad Sacramenta Confirmationis & Ex-
tremæ Vnctionis, de quibus specialis est
quæstio, attinet; Sciendum circa institutio-
nem Sacramenti Confirmationis, tres præ-
cipuas esse Doctorum sententias. 1. docet
fuisse institutum, quando Christus *Matth.*
29. oblati sibi paruulis manus imposuit, ac
benedixit. 2. dicit institutum fuisse in vl-
tima Cœna, quando egresso iam Iuda Chri-
stus pulcherrimam illam ad Apostolos ha-
buit concionem, quam fusius enarrat S. Io-
annes c. 14. 15. 16. & 17. in qua Christus
sæpissimè promittit se missurum tum Apo-
stolis, tum alijs fidelibus Spiritum S. quo
tempore

tempore credibile est eum simul docuisse,
quâ ratione singulis fidelibus hic esset con-
ferendus.

Hoc apertè videtur docere D. Fabianus
Papa circa annum 237 Epistola secunda ad
Orientales c. 1. vbi ait: *In illa die Dominus
IESVS, postquam canauit cum Discipulis suis, &
lauit eorum pedes (sicut à Sanctis Apostolis præ-
decessores nostri acceperunt, nobisque relique-
runt) Chrisma conficere docuit.* 3. demùm sen-
tentia docet, hoc Sacramentum fuisse insti-
tutum Ioan. 20. Cum Christus dedit Apo-
stolis potestatem remittendi peccata, & di-
xit eis: *Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto
vos &c.* tradens eis plenam potestatem. Hæ-
tres sententiæ licet videantur inter se admo-
dum differre, optimè tamen concilantur per
doctrinam Doctoris Seraphici, atque hæc
vicissim per easdem illustratur; præsertim si
ex Scoto apud Fabrum 4. *sententiarum. disp.*
27. *de Sacramentis c. 1.* aduerteris Christum
in vita sua, nunquàm suis manibus dedisse
Sacramentum Confirmationis, neque Apo-
stolos à Christo fuisse confirmatos per hoc
Sacramentum siue per hanc materiam &
formam, neque ipsos Apostolos per ali-
quod tempus eo usos fuisse, atque idè licet
in vita sua Christus hoc Sacramentum in-
stituerit, & tradiderit Apostolis, non tamen
dedit pro illo tempore, sed pro tempore fu-
turo

turo determinato à Christo, & manifestato
Apostolis per Spiritum S. qui vt Ministri &
Dispensatores, populis postmodùm ea, tem-
pore congruo exponebant, atque promul-
gabant: Quam etiàm ob rem D. Thomas
p. 3. q. 72. a. 1. ad. 1. dicit Christum institu-
isse hoc Sacramentum non exhibendo, sed
promittendo, secundùm illud Ioan. 16. si
non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si au-
tem abiero, mittam eum ad vos. Ex his opti-
mè confirmatur, & absque ambiguitate de-
claratur S. Doctor, quando dicit Christum
Dominum instituisse Sacramentum Confir-
mationis & Extremæ Vnctionis insinuando
& initiando. *Insinuando* nàmque instituit
Matth. 19. vt vult i. sententia Sacramentū
Confirmationis eodem modo, quo Sacra-
mentum Extremæ Vnctionis apud Marcum
6. De quo Concilium Trident. sess. 14. c. 1.
*Instituta, inquit, est hac SacraVnctio infirmorū
tanquā verè & propriè Sacramentū Noui Testa-
menti, à Christo Domino nostro, apud Marcum
quidem insinuatam, per Iacobum verò Aposto-
lum, ac Domini fratrem fidelibus commendatum
ac promulgatum &c. Initiando* itidem sacra-
mentum Confirmationis, fortè & Extremæ
Vnctionis (quamuis aliqui probabiliter et-
iam hoc institutum velint, tempore illo quo
Christus Dominus post Resurrectionem,
antequàm ad cœlos ascenderet, Apostolis
diuersis

ditersis vicibus apparuit, & plenè de rebus
Ecclesiæ instruxit) instituit in vltima cæna,
quod volebat 2. sententia, quam propterea
Coninch q. 72. de Sacramentis a. 1. dub. 2.
& alij non immerito intelligendam dicunt
de inchoatione, non autem omnimodè de
perfecta institutione, quam postmodùm fecit,
quantum ad ministerium illud conse-
crandi Ioan. 20. de quo loquitur 3. sententia.
Quoad plenam denique executionem, quã-
do Collegium Apostolorum illud fidelibus
communi consilio promulgandum decre-
uerunt; Apostolus etiam Iacobus in sua Ca-
nonica scripto promulgauit iuxta S. Docto-
rem 4. Dist. 23. a. 1. q. 2. ad 2. vbi propterea
Institutionem Sacramentorū Apostolis tri-
buit, ita tamen vt sicut Deus operatur princi-
paliter & Sacerdos vt Minister, sic institutio Sa-
cramentorum respiciat Deum vt Auctorem, &
Apostolos vt Ministros in promulgando.

§. 3. Quid particula HOC,
& HIC, in verbis Conse-
crationis demonstrent?

Quidam, ait Tannerus disp. 5. q. 3. dub.
2. n. 27. docent demonstrare Panem, in
quibus sunt Alensis 4. p. q. 10. m. 4. a. 2. & Bo-
nauentura Dist. 8. p. 1. a. 1. q. 1. & Holhor,
qui

qui licet à Berengario & nostri temporis Sacramentarijs, ipsiſque etiam Lutheranis, transubſtantiationem negantibus, differant, nihilominus ſi loquantur de eo, quod in recto demonstratur, eſt intolerabilis ſententia, merito etiam reſutata à S. Thoma. Vel enim cogitur enervare propriam ac genuinam ſignificationem Vocula EST, vt ſit idē quod ſignificat, vel tranſit, vt quidem citati Auctores declarant; vel cogitur alium errorem cveri, de quodam communi gradu vel entitate Panis, in utroque termino permanente cōtra Tridentinum Seſ. 13. can. 4. definiens totam Subſtantiam Panis conuerti, & ſolas ſpecies ſiue accidentia poſt Conſecrationem remanere. Prænoto duas eſſe celebriores explicationes dictarum Particularum. Vna eſt nihil omnino ex parte ſubiecti per eas ſubintelligi, ſed ipſum ſolum pronomen pro ſubiecto propoſitionis poni, quod demonſtret non quod eſt, ſed quod erit in fine prolationis, vt ſi quis dum pingit lineam aut circulum, dicat hæc eſt linea, hic eſt circulus. Hac explicatio, inquit Bellarminus l. 1. de Sacramēto Euchariſtiæ c. 11. non videtur plene ſatisfacere propter duas cauſas. 1. Quia etſi pronomen demonſtratiuum demonſtret rē futuram, quando nihil eſt præſens, quod demonſtretur vt in exemplis allatis; tamen ſi quis digito aliquid oſtendat, dum pronomen efferat, valde absurdum videtur dicere pro-

pronomine illo non demonstrari rem præ-
sentem; atqui Dominus accepit panem &
illum porrigens ait: *Accipite, edite, hoc est
Corpus meum*, videtur igitur demonstrasse
panem. 2. Verba Sacramentalia, secundum
Catholicos, non sunt speculatiua, sed pra-
ctica; efficiunt enim quod significant; vnde
etiam à Patribus operatoria dicuntur, at si
pronomem demonstrat solum Corpus, ver-
ba erunt speculatiua non practica, semper
enim Verum est demonstrato Corpore Cri-
sti dicere *Hoc est Corpus Christi*, siue id di-
catur ante Consecrationem, siue postea, si-
ue à Laico, siue à Sacerdote. At verba Sa-
cramentalia quia operatoria, non sunt vera,
nisi dicantur ab eo, qui est legitimus Mini-
ster, neque sunt vera antequàm Sacramen-
tum conficiatur. Hunc explicandi modum
recitat, eadèmq; ratione rejicit S. Doctor
l. c. his verbis: *alij, ait, dicunt, quod verba te-
nentur significatiue: sed Oratio non habet veri-
tatem pro tempore quo profertur, sed pro tempo-
re in quo prolata est vt hæc oratio; Ego bibo non
est vera pro tempore prolationis, sed pro tempore
sibi coniuncto, sed illud non soluit, quia aut de-
monstratur ibi panis aut corpus Christi, si panis,
nullo tempore est oratio vera, si Christi Corpus,
est omni tempore vera, nempe vt dixi, tam ante
quam post Consecrationem; siue à Laico dicatur,
siue à Sacerdote.* Est igitur 2. expositio D.
B
Thomæ

Thomæ & aliorum. Pronomen, HOC. demonstrare substantiam sub accidentibus contentam, qua primo, inquit S. Thomas 3. p. q. 78. a. 5. fuit panis & postea est Corpus Christi. Hanc sententiam magis amplectendam, nec alienam à mente Seraphici Doctoris iudico. Quia enim verba Sacramentalia, ut ex Bel- lamino dictum, non sunt speculativa sed practica & operatoria, oportet ut efficiant, & quod efficiunt, significant, scilicet conuersionem; ad quam necesse est concurrere terminum A Quo positiuum, siue illud quod conuertitur, & terminum Ad Quem, siue illud, in quo fit conuersio; & hic quidem tanquam potior, & post conuersionem permanens in prædicato signanter exprimitur; Ille uero in subiecto generaliter tantum indicatur termino aliquo communi, qui terminum A Quo, puta substantiam panis ita initio designet, ut in fine propositionis per prædicatum (cum quo proinde in genere grammatico concordat) determinetur, ad supponendum pro termino Ad Quem. Hoc indicant uerba, quibus S. Doctor suam sententiam profert: Quia enim, inquit, hic sermo est conuersiuus & transitiuus siue ad transitionem ordinatus, ideo operatiuus, & operatio est circa substantiam panis, ideo pronomen demonstrat panis substantiam sub accidentibus, qua oculis conspici possunt. vnde sequitur & ita

gitur illud quod conuertitur per subiectum, fi-
cut illud in Quod, per pradicatum. Quin imò
licet hæc propositio HOC EST CORPVS
MEVM, ita formaliter exponatur, HIC PA-
NIS EST CORPVS MEVM, quod quidè
verba S. Doctoris magis præferre vidètur,
dum expreffo Panis vocabulo, pronomen,
HOC, ait demonstrare Panis substantiam sub
accidētibus, quæ oculis cōspici possunt &c.
atque idcirco differre à S. Thoma eiusque
asseclis, qui generaliter loquentes dicunt
pronomen Hoc & Hic demonstrare sub-
stantiam in genere tantùm, vt faciant hunc
sensem: *Substantia contenta sub his accidenti-*
bus panis est corpus meum; substantia sub
his accidentibus vini est sanguis meus. Ali-
ud tamen non vult, neque sentit quàm sicut
S. Thomæ mentè iamiam exposuimus. Nā
ibi panis, inquit reæt P. Bouerius lib. 2. De-
monstration: aduersus hæreticos Examine
4. de Sacram. Eucharistiæ, *non panis substan-*
tiam designat (quasi adhuc sit & permaneat,
vt volunt quidam Hæretici) sed quod ibi
prius fuerit substantia panis, indicat, sicut de
vino, quod in acerum conuersum est, dici solet,
hoc vinum est acerum, atque idem de pane Eu-
charistico non semel Scriptura vsurpant, vt
Paulus 1. Cor. 10. Panem quem frangimus,
nonne participatio Corporis Domini est;
Et 6. 11. Probet autem seipsum homo, & sic
de

de pane illo edat, & de calice bibat. *Item*
Actor. 2. Erant autem perseverantes in do-
ctrina Apostolorum & communicatione
fractionis panis. Favent huic expositioni
plurimum Liturgiæ veteres, quas recenset
Coccius in *Thesauro Catholico* to. 2. l. 6. a. 1.
de *Eucharistia*. vt Liturgia D. Petri, quâ pri-
mum Romani vli sunt, his verbis: *Domine*
Deus noster, qui te obtulisti pro huius mundi
vita, respice in nos, & super Panem istum, &
Calicem hunc, & fac eum immaculatum tuum
Corpus, & pretiosum Sanguinem in perceptio-
nem animarum & corporum. Deinde Eccle-
siaz Hierosolymitanæ, auctore D. Iacobo
fratre Domini: *Rogamus, vt Spiritus S. adue-*
niens sanctâ, bonâ & gloriosâ suâ præsentia san-
ctificet, & efficiat hunc panem corpus sanctum
Christi tui &c. Demum, vt alias causâ bre-
uitatis prætermittam, Liturgia Ecclesiaz Æ-
thiopum, primum à D. Mattheo illorum
Apostolo conscripta, quæ sic habet: *✠ Be-*
nedic, ✠ Sanctifica, ✠ munda & transfer
panem in carnem tuam immaculatam, & vi-
num hoc in sanguinem tuum pretiosum. Deni-
que Patres unversum & omnes Catholici
asserendo panem & vinum transubstantiari,
atque conuerti in corpus & Sanguinẽ Chri-
sti. Præsertim verò Ihsidorus Hispalens. l. 1.
Offic. c. 18. dum dicit; *Panis, quem frangimus,*
Corpus Christi est, qui dicit: Ego sum panis
viuus,

uius, qui de cælo descendi. Vinū autem sanguis eius est. Beda: in lib. Boerij de Trin. Panis sit Corpus Christi. Transie enim substantia panis in corpus Christi. S. Ambr. de Sacr. l. 4. c. 4. panis iste panis est ante verba Sacramentorū: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi &c.

Maldonatus, qui difficultatem hanc singulari studio doctissime discuit, in Math. c. 26, licet omnes alias non solum hæreticorum, sed etiam quorundam Catholicorum, in hoc Pronomen, interpretationes confatissime sese rejicere scribat, atq; hanc vnam firmissimè tenere, quæ Pronomina hæc refert imediatè ad prædicatū, vt faciant hunc sensū: Hoc corpus est corpus meū. Hic calix est calix sanguinis mei. sicuti cū vulgò loquimur, hic est frater meus. Vbi Pronomen HIC, nec pro alia re quàm pro fratre meo accipitur. Eo quod Evangelistæ omnes Mattheus scil; Marcus & Lucas, itemq; Apostolus Paulus 1. Cor. 11. verba Consecrationis referentes vnanimiter in textu Græco & latino, pronomina HOC & HIC referant non ad subiectum Panis & vini, sed prædicatum, cum quo in genere tantummodò conveniunt, Vnde & D. Thomam singulariter notat, qui cæteroqui pius, doctus, subtilis & circumspectus interpres, hoc non animaduerterit, eiusque vulgaris opinionis author extiterit, Pronomen, HOC, substantiuum

B3

& in-

& indiuiduum vagum esse. Attamen respō-
surus idem Maldonatus argumento, quod
in defensionem alterius sententiæ additur,
videlicet, cum Christus pronomen illud
pronunciauit, nondum eius corpus in Sa-
cramento fuisse, itaque non potuisse prono-
mine isto demonstrari: talem solutionem
trahit, quâ satis clarè monstrat se non tam
reipsâ, quàm loquendi modo ab alijs differ-
re. Cum Deus, inquit, ex limo terra homi-
nem finxit, rectè verèque dicere potuisset sumptâ
in manus limo, hic est homo, sicut Christus dixit
hoc est corpus meum. Et cum ex costâ mulie-
rem fabricauit, sumptâ costâ dicere potuit, hæc
est mulier, quamuis, cum pronunciaisset prono-
men, hæc nondum fuisset mulier, nec significasset,
si ita locutus fuisset, limum esse hominem, &
costam, sed limum in hominem, costam in mulie-
rem conuerti. Ita cum Christus dicit accepto
pane, hoc est corpus meum, quamuis eius corpus
nondum illic esset; tamen quia statim futurum
erat, illud eo pronomine demonstrat, nec signifi-
cat panem, quem acceperat esse corpus suum,
sed mutari in corpus suum, quemadmodum si
in Cana Galilea, cum aquam in vinum muta-
uit, ostensâ aquâ dixisset, hoc est vinum, nec il-
lud, hoc, aquam, sed vinum ostenderet, nec sen-
sus esset, aquâ esse vinum, aut vinum significare,
sed illo verbo in vinum esse conuersam. Sic ille,
qui si velit verba ista, Hoc est Corpus meum,
hoc

hoc est vinum, facere hunc sensum: panem mutari in suum corpus, & aquam in vinum palā est idē sentire cū alijs: sin autē nolit vlla ratione, nec implicite nec explicitē importare panē vel aquā, sanē non plenē illius expositione satisfaciet, obrationes superiūs allatas contra primam explicationem. Illud euidenter constat ex prædictis, S. Bonaventuram toto Cælo dissentire à Lutheranis & Calvinistis, qui dum pronomina HOC & HIC volunt significare ipsam substantiam panis & vini, vt refert Maldonatus, vbi supra, id tamen longē alio ac diuerso sensu præstant, dum Lutherani contendunt facere hunc sensum, Hic, id est, In isto pane, siue cum isto pane, simul est Corpus meum, Calvinistæ verò, Hic, id est, quod vobis do, est panis significans corpus meum. Quas interpretationes ex instituto S. Bonaventura tanquàm erroneas reprobat, vt §. sequenti dicitur.

Nec minus etiam alienum est à mente Seraphici Doctoris, quod Tannerus, vbi supra, dicit, S. Thomam cit. a. 5. referendo hanc (quam ipse Tannerus tribuit Alensi, Bonaventuræ & Holkot) aut similem sententiam, dicentium, voculam, HOC, facere demonstrationem, non ad sensum sed ad intellectum (vt sit sensus) significatum per hoc est corpus meum, illam refutare his

B 4

verbis:

verbis: quia cum in Sacramentis hoc efficiatur, quod significatur, non fieret per hanc formam, ut Corpus Christi sit in hoc Sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo: quod est hereticum. Quod luce meridianâ clarius est, ne minimum quidem affucere doctrinæ S. Bonaventuræ, qui totâ præsentî quæstione aliud non agit, quàm ut ostendat Pronomen, HOC, importare demonstrationem, non ut concepiã, siue ad intellectû, quasi diceret, Corpus meum est corpus meum, quod cum nullam operandi rationem dicat, proposito nõ satisfaciãt, sed ut exercitam seu ad sensum, id quod actum est tempore prolationis, hoc est, non ut sensus sit, Panis est corpus meum, sed quod id quod priuserat panis, factâ prolatione consecrationis, iam non sit panis, sed corpus Christi. Vnde potius S. Thomas impugnat explicandi modum aliorum, quàm ipsius D. Bonaventuræ.

§. 4. Quomodo verbû EST, in formis consecratoriis accipiatur?

S Bonaventura loco proximè citato vult signare non identitatem, nec simultatem, sed hoc esse Corpus, id est, ad huius verbi prolationem hoc totum transire in corpus. Hæc expo-

expositionē erroris arguit Vasquez *tom. 3. in
Partem 3. disput. 201. c. 1.* Ideò quia præter-
quam quod contra consuetum modum in-
telligendi explicat verbū, EST, per verbū,
transit, in quo necesse est figuram aliquam
admitti contra doctrinam Catholicam, quæ
vult verba hic propriè esse intelligenda,
primùm aduersatur Concil. Tridentino *sess.
13. c. 4.* vbi Patres vsurpant verbū, EST, in
forma Consecrationis in communi signifi-
catione, quā denotatur identitas vnus in
alio, hoc est simplex conuenientia, propter
quam vnum dicitur esse aliud. Deinde si ver-
bū, EST, idem esset quod *transit* aut *conuer-
titur*, non solùm non esset conuersio panis
in corpus Christi, sed etiam neque panis vl-
lo modo desineret, neque corpus Christi
sub specie panis esset; vt enim trāsiret panis
in corpus Christi, opus erat actione aliquā
terminatā aliquo modo, aut per modum pro-
ductionis, aut per modum enuntiationis, nō
ad humanitatem totam Christi, sed ad cor-
pus eius quæ esset causa, vt desineret
panis.

32. Cum Soarez *disp. 59. f. 2.* S. Bona-
uentura, intelligendum non esse, quasi
verbum, EST, velit conuersionem forma-
liter & expressè significare, sed virtualiter,
& quasi in actu exercito, quatenus affir-
mando

B 5

mando hoc esse aliud quàm antea erat, virtute affirmatur, factam esse conuersionem vnus in aliud. Hunc esse sensum Concilij Trid. D. Thomæ & aliorum testatur ibidem Soarez &c. A quibus an S. N. Doctores dissentiat, iuuat ipsummet pro se loquentem audire, qui vt rem hanc ex fundamento declarat, ita scribit in allegato loco: *Notandum quod ista oratio singularis est inter omnes orationes, alia enim sunt indicatiue veritatis siue existentie; hæc autem id ipsum quod figurat, facit, vnde est, verbum operatiuum, non operatione successiuâ sed instantanea, & operatiuum, non aliuus rei nouæ, vel non existentis, sed terminus eius est ens completum, & non mutatum; & ad illud quidem terminatur, vt est alterius signum, id est corporis Christi mystici, & hoc totum facit virtute verbi incarnati adiunctâ, ministro circa materiam nihil agente. Ex his sex conditionibus (nempe quod ly est, sit 1. verbum operatiuum. 2. instantaneæ. 3. rei præexistentis. 4. non mutatæ, sed completæ. 5. significatiuæ. 6. quam facit virtute Verbi incarnati &c.) patet ratio omnium dictorum in hac forma (consecrationis) quia enim hic sermo est conuersiuus & transitiuus siue ad transitionem ordinatus est, ideo operatiuus, & operatio est circa substantiam panis: ideo pronomen demonstrat panis substantiam (sub accidentibus (confule superiorem §.) qua oculis*

lis conspici possunt, & tangitur illud, in Quod;
per predicatum. Quia verò terminus operatio-
nis est actus, non inuatum: ideo debet poni
ibi verbum essendi, non fiendi, ut significetur con-
uersio esse sine mutatione termini, scilicet in eo
quod est. Quia subito; ideo simul est fieri, &
factum esse: ideo est praesens verbum instanta-
neum & non futurum; & tale est praesens huius
verbi, Est, scilicet sum, es: ideo melius dicitur
est, quam erit. Hæc ille, volens insinuare
peculiarem esse hanc verbis consecratoriis
vim, ut non purè speculatiuè tantùm for-
mam inhærere subiecto, vel cum hoc
identificari indicet (quomodo enim ait
paulo post, est locutio vera, si demonstratur
substantia panis, cum hæc sit semper falsa, panis est
Corpus Christi, cum sint formæ impossibiles.)
verum etiam id ipsum quod significat, ope-
retur: Etenim si minister (ait) non tangat, nec
frangat, dum tamen intēdat & verba dicat, cō-
fectum est. Et propterea notandum (prosequit-
ur ulterius) quod sicut in Verbo aeterno, filio
Dei, Domino nostro IESV Christo est veritas &
omnipotentia: sic in verbo suo ab ipso prolato est
veritas & efficacia, ut tale verbum Sacramentis
nouæ legis competat: ideo debuit ita dicere ver-
bum enuntiatuum Veritatis, sicut est ipsa Veri-
tas, ac per hoc indicatiuum. Et quia non esset ve-
rum simplici enuntiatione, ut non esset falsus,
iunxit verbo efficaciam ore suo. Et quia man-
dauit

dauc alijs facere & dicere, & ipse non iubet ali-
quom esse falsum: idèd in ore eorum, quibus de-
dit mandatum, dedit verbo efficaciam. Et ideo
(conclusurus subnectit) hoc verbum, EST,
in hac oratione (hoc est corpus meum) non
identitatem (subiecti panis scilicet, cum
prædicato, quod est corpus Christi) nec si-
militatem (quod volunt Lutherani asseren-
tes corpus Christi simul cum pane persiste-
re) signat: sed hoc esse corpus, hoc est ad
huius verbi prolationem, hoc totum tran-
sire in corpus (quid clarius?) vnde oratio
ista in ore alterius, quàm in ore sacerdotis fal-
sa est, quia non conuertit, neque transubstanti-
at hoc in illud, nec vera est per identitatem.
Et hic sensus, quamais sit huic orationi propri-
us & similiter forme sanguinis: tamen non est
alienus à ratione, pensatis conditionibus superi-
us assignatis. Hucusque S. Doctor, cui, vt ex
recensitis patet, Vasquez immerito sanè tri-
buit, quasi verbum, EST, figuratiuè sumat
pro transit vel conuertitur. Cum Sanctus
expressè dicat, verbum, EST, signare, hoc
esse corpus, quod porrò addit explicando, hoc
est ad huius verbi prolationem hoc totum transi-
re in corpus. hoc solum vult, illud verbum,
EST, non esse merè speculatiuum signum,
sed verè prædicum & operatorium, ad cu-
ius prolationem id fit reipsa, quod enuncia-
tur in factò esse, quod est verissimum apud
omnes

omnes Catholicos, neque aliter intelligi
possunt, Patres, quos Vasquez ait usurpare
verbum, EST, in forma Consecrationis in
communi significatione, qua denotatur
identitas vnius in alio, hoc est, simplex
conuenientia propter quam vnum dicitur
esse aliud. Sufficiat super hoc testimonium
vnicum S. Ambrosij, qui omnium exactis-
simè hanc materiam elucidat l. 4. de Sacram.
c. 4. vbi cum verba Consecrationis contu-
lisset cum verbo, quo Deus primùm creauit
omnia, sic infert: *si ergo tanta vis est in ser-
mone Domini Iesu, vt inciperent esse qua non
erant: quanto magis operatorius est, vt qua
erant, in aliud commutentur? non igitur me-
ram identitatem, verùm etiam realem
commutationem seu conuersionem verba
illa important; quinimò nullam identita-
tem signant sensu, quem de mente S. Do-
ctoris retuli. Nec inconueniens videatur (lo-
quor iterum cum N. Seraphico Doctore)
quod hoc verbum, EST, non identitatem dicit,
sed potius conuersionem in hac oratione, qua
non tantùm est significatiua, sed etiam operati-
ua. Magis tamen debuit poni verbum essendi,
quàm operandi, quia magis competebar forma,
vt simul esset efficacia cum veritatis enunciatio-
ne, simul etiam notaretur termini immutabili-
tas cum conuersione. Quanquàm verò etiam
id peculiare sit huic orationi practicæ, vt
faciat*

faciat quod significat, sicut ait S. Thom. p. 3. q. 78. a. 5. non esse tamen insolentem hunc etiam exponendi modum ostenditur ex eo, quod cum iuxta Genesis 3. um rectè dicatur, Homo est puluis vel terra, hoc ideo dicitur per Glossam ex Gregorio ibidem, quatenus cum cursum nascendo sortimur, ut ipso momento quo viuimus à vita transmimus, dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad iuuentutem, iuuentus ad senectutem, senectus transit ad mortem &c. Quod si hoc de conuersione successiua, cur non potiùs instantanea, ubi simul est, Fieri, & Factum esse, liceat.

§. 5. An Corpus Christi sit in qualibet parte hostiæ totum?

Communis & verissima Catholicorum sententia est, Christum Dominum ita esse in qualibet specie Sacramentali, ut totus etiã sit in qualibet speciei parte. Conformer Concilio Constant. sess. 13. c. 3. Florentino in Decreto, Tridentino sess. 13. c. 3. Ad hanc communem assertionem adiungit S. Bonauentura 4. Dist. 10. parte 1. q. vlt. hæc verba, in qua saluatur species totius. Ea propter Tannerus dist. 5. q. 5. n. 10. sententiam huius

lus S. Doctoris, vt sonat, intellectam, dicē
esse falsam & erroneam, quia sequeretur ex
ea, Christi presentiam in hoc Sacramento
esse interruptam; imò verò cum partes illæ
maiores ex minoribus componantur, Chri-
stum nec sub maioribus quidem esse.

Eâdem censura notat S. Bonaventuram,
Alensem & Gabrielem Soarez *disp. 52. dub.*
2. benigniorem tamen interpretationem
subiungit in hæc verba: *Fortasse hi Authores*
in re non dissentiunt (à communi) sed in modo
loquendi. Gabriel concedit in hostia esse Christū
infinities Synkategorematicè, & alij, (scilicet
Alensis & S. Bonaventura) presentias Chri-
sti in hostia, tantum esse finitas in potentia, quia
per diuisionem specierum solū possunt fieri pra-
sentia in actu plures, vsque ad certum numerum
fnitum, scilicet vsque ad tot minima, quot sunt
in hostia, quia si vlteriùs procedat diuisio, non
conseruabitur ibi presentia Corporis Christi, in
minoribus partibus aut in maiori numero pra-
sentiarum. Non tamē negant hi Authores, quā-
diu illæ minores partes sunt in loco, in eis esse
totum Christum & consequenter saltem per de-
signationem negare non possunt, quin in illis sit
totus Christus infinities, in potentia, & hoc sa-
tis est ad mysterij veritatem, & in hoc sensu illa
opinio Alensis, in Theologia non continet erro-
rem, sed solū pendet ex falso principio philoso-
phico, de Termino Quantitatis, quoad mini-
num

num in rebus homogeneis, quod nos non admittimus. Hucusque Soarez.

Sed absque fortasse, simpliciter dici potest S. Bonaventuræ assertionem, neque in re, neque in modo loquendi suspectam fore, si paululum quis attendat, quâ occasione addiderit hæc verba. (*in qua saluatur species totius*) aliquorum referebat opinionem dicentium, quòd sub totali specie sit totum Corpus, ita tamen, quòd sub nulla parte totum ante fractionem, sed post fractionem sit in qualibet parte totum.

Huic opinioni, licet sanè intellecta suam etiam possit habere probabilitatem (ut ostendit Vasquez *disp. 188. c. 1.* in explicatione Alberti & Alenf.) probabiliorem tamen S. Bonaventura opponit illam sententiã, quæ docet Corpus Christi ita esse in toto, ut totum etiam sit in qualibet parte, non solum post fractionem, ut quidem volebat prior opinio (modò tamen pars illa separata tanta sit, ut in ea saluetur species totius) sed etiam ante fractionem, quâ enim ratione, inquit, post fractionem, in qualibet parte totus est, eadem & ratione similiter & ante. Illa igitur verba, in qua saluatur species totius, idèd à S. Doctore adduntur, ut ostendat Christum Dominum esse totum in qualibet parte Speciei, tam ante, quàm post fractionem; modò tamen post fractionem, pars

pars illa separata debitam retineat quantita-
tem ad saluandam naturam totius. Quare
non probatur, quod Soarez loco cit. refert
sententiam S. Bonauenturæ, quasi sentiat
ante diuisionem esse Christum in toto, &
totum in singulis partibus, quæ tantam ha-
bent quantitatem, vt si separarentur à toto,
posset in eis conseruari substantia panis, in
illis verò partibus minimis semel tantum
esse Christum, totum in toto, & partem in
parte minore minimâ separabili. Cum secū-
da pars huius assertionis in minimis illis se-
mel tantum esse Christum, totum in toto,
& partem in parte minore minimâ separa-
bili, gratis omninò tribuatur S. Bonauen-
turæ: qui quamuis admittere hîc videatur
principium illud philosophicum (non aded
falsum, vt putat Soarez, quin suos etiam ha-
beat Sectatores, cum pro illo in primis re-
feratur D. Thomas p. 1. q. 7. a. 3. idque de
mente veterum Philosophorum, defendant
expressè Coimbricenses i. *Physicorum. c. 4. q.*
1. a. 4. & 7. Toletus ibidem q. 9. & alij.) de
termino quantitatis, quo ad minimum in
Homogeneis, indè tamen censendus non est
admittere eiusmodi partes minimas, in qui-
bus ante continui diuisionem non sit natura
totius. Illud enim principium non ita ac-
cipiendum est, quasi tales reperiantur in cō-
tinuo, quibus dum in continuo sunt, ratio
C & natu-

& natura totius non conueniat, falsum hoc est, vt benè docent Coimbricenses *cit.* Omnes igitur partes quantumuis minores & minores, imò etiam indiuisibilia, vt contra *Vasq. disp. 189 c. 4.* rectè docet *Soarez cit. Sect. 3.* quàm diu in continuo sunt, naturam etiam totius participant, licet in tantum diuidi possit, & in tot particulas, quæ capaces ampliùs non sint naturæ totius; Sicut in corpore humano pars aliqua minima est, in qua separata non potest anima conseruari, tamen quàm diu est illa in toto, necesse est, vt tota anima in illa sit, propter modum entitatis, siue præsentia quem habet. Vult igitur S. Doctor ante separationem nullam omninò esse partem, in qua nõ etiam sit totus Christus, quamuis post diuisionem pars aded parua dari possit, quòd in ea, Christus amplius præsens non sit. Cuius ratio, commune Theologorum dictum; Quod substantia Corporis & Sanguinis Christi succedat substantiæ panis & vini; Adeoque vbi substantia panis & vini esse nõ potest, neque etiam Corpus & Sanguis Christi esse possit. Ex quibus clarum etiam fit, nullam esse Tanneri instantiam.

S. G.

§. 6. An Gratia augmentum
sit effectus Sacramenti
Eucharistia?

S Bonaventura *Dist. 12. p. 2. a. 1. q. 3.* primum huius Venerabilissimi Sacramenti effectum docet esse, non *de nouo vnire*, sed iam *vnitas magis vnire*, reddendo feruentiorem, vt carbo igitus, & fortiorem, vt bonus cibus: Ratione primi, adiuuare ad consumendam peccati venialis rubiginem, ratione secundi adiuuare ad vitandum omnia scelera: Ratione vtriusque valere ad augmentum virtutum, & maximè charitatis, quæ est vinculum, non quantum ad essentiam, sed quantum ad feruorem, qui quotidie minuitur per venialia, & idè per hunc cibum restaurari debet. Hic S. Doctor non tantùm omittit, sed planè videtur negare augmentum gratia sanctificatis effectum esse huius sanctissimi Sacramenti, contra quem propterea fortiter insurgit Vasquez *disp. 203. c. 1.* ostendens ab Ecclesia definitum iam esse, per hoc Sacramentum ex opere operato augeri gratiam habitalem in nobis, ac proinde in nobis effectum suum ipso operante nos magis iustificari. Lubens dictam Ecclesie definitionem agnosco, nego verò S. Doctorem sentire

C 2

con-

contrarium. Docet *dist. 1. p. 1. q. 2. 3. & 4.*
atque prius dubio primo literaliter de ratione
Sacramenti Nouæ legis esse, *significare & cō-*
ferre gratiam q. 5. Discrimen inter Sacra-
menta veteris ac Nouæ legis esse, quod in
Sacramentis Nouæ legis quantum ad ope-
ra operata sit iustificatio, non tantum per
accidens, sed etiam per se, non autem in
Veteribus excepta Circumcisione, *dist. 8.*
q. penult. ad 5. Rem huius Sacramenti non
dici Corpus Mysticum, ratione partium, sed
ratione vnionis, & illam vnionem esse gra-
tiam & effectum Sacramenti. Imò non so-
lum gratiam 2. sed 1. etiam quandoque per
hoc Sacramentum conferri expressè tradit
dist. 12. p. 2. a 1. q. 2. Quicquid in opposi-
tum referat & ita s. Bonauenturam *dist. 9. a.*
2. q. 3. & dist. 12. p. 2. a. 1. q. 2. sequatur idem
Valquez *disp. 205. c. 4.* Non limitamus ait s.
Doctor cit. *dist. 12. largitatem Dei, quin in*
hoc Sacramento possit, & aliquando faciat re-
missionem omnis culpæ (venialis scilicet &
mortalis, quod sine gratiæ sanctificantis in-
fusione fieri nequit) quamuis secundum so-
rum commune, & generalem rationem institu-
tionis, effectum habeat in solis iustis. Quo etiam
pacto seipsum s. Doctor satis explicat, quo
sensu dixerit relata *dist. 9.* Ad sufficientem
preparationem, pro assequendo fructu hu-
ius Sacramenti, necessariam esse veram exa-
minati-

minationem, & contritionem, siue iudicium poenitentiae, nempe secundam generalem Institutionis rationem. *Dist.* igitur 12. p. 2. a. 1. q. 3. primum SS. Eucharistiae effectum facit, *magis vnire*, non excludendo sed supponendo augmentum gratiae, & hoc idèd, quia recensere vult eos solùm effectus, qui sunt huic Sacramento peculiare & proprij, qualis non est collatio gratiae vel 1.æ vel 2.æ, alijs etiam Sacramentis communis. Quà etiam ratione, sed expressiori modo, *dist.* 8. p. 1. *dub.* 2. enumerando eiusmodi effectus, dicit hoc Sacramentum non solùm gratificare, sed etiam multipliciter adiuuare, vt cibus, incorporando, fortificando, delectando, augendo fidem, spem & charitatem, & ad remissionem venialium.

§.7. An Corpus Christi descēdat in ventrem hominis aut bestiae?

Sentiunt cōmuniter Catholici DD. Corpus Christi statim finita Consecratione, etiam ante & extra omnem vsū præsens esse in hoc Sacramento, atque tam diu permanere, quàm diu permanent species panis & vini, ita vt sub eis possit substantia panis & vini conseruari si adesset. Aduersus hanc doctrinam scribit Tannerus *disp.* 5. q. 4. d. C; 2 S.

2. S. Bonaventuram 4. *dist. 13. a. 2. q. 3.* (cre-
do voluisse nominare quæstionem 2. nulla
enim eo articulo est q. 3.) tria docere. 1. Cor-
pus Christi ex ore Communicantis non trajici
in stomachum, etsi perseveret in tota man-
dicatione, quæ in ore accidit. 2. Non esse
Corpus Christi sub speciebus, quando in lo-
cum sordidum eijciuntur. 3. nec quando
deuorantur à mure, vel bestia. Subdit ex
Vasq. *disp. 195. c. 5.* damnatum esse per Gre-
gorium 11. in *director. Inquisit. q. 10. 2. p.*
quod desinat Corpus Christi esse sub specie-
bus, simul atque ab aliquo bruto sumun-
tur; & similiter quod dum dentibus tacti,
ac peccatoris species conteruntur, Christus
ad cælum rapiatur, ne in ventrem vadat &c.
3. S. Bonaventura *coloco 4.* recenset opi-
niones, earum prima dicit Corpus Christi
descendere non solum in ventrem, sed et-
iam quocunque illæ species deferuntur, sal-
uâ naturâ earum, siue in ventrem mu-
ris, siue in locum immundum. Secun-
da, non solum in ventrem hominis
ire, sed etiam ibi manere, quousq; refectionis
operatio compleatur. 3.ª ad ventrem
peruenire, quousque semptio compleatur,
& amplius non morari. 4.ª solum esse cû
illis speciebus, quamdiu sunt cum aliquo
sensu & visu vel gustu. Ex his opinioni-
bus, primam dicit videri nimis amplam,
quas-

quartam nimis arctam; nunquam enim, ait,
secundum hoc posset dici Corpus Christi,
sumi verè, cum non dicatur sumptus esse
cibus, qui non percipitur, nec peruenit vs-
que ad stomachum. De duabus medijs, quæ
verior sit, esse difficile iudicare, cum vtra-
que sit multum probabilis, securiorem ta-
men esse, & auctoritatibus magis concor-
dare, Corpus Christi cum speciebus descen-
dere, ad stomachum & sub illis esse, quam
diu illæ sunt sub propria forma &c. Vtrum
autem hoc verum sit, se ait nescire. Vnde
patet primum illud dictum Tanneri S. Bo-
naventuræ immerito tribui, propter ratio-
nem quam ponit, impugnando 4. am opini-
onem 2. constat S. Doctorem, nihil ibi do-
cere asserendo, sed potius referendo alio-
rum opiniones, ex quibus licet vnâ vel alterâ
dicat videri probabiliore. allegando tamen
ignorantiam, laudandus potius est, quam
redarguendus ob modestiam, quâ præstat
id, quod alibi docuit, nempe *dist. 12. p. 1. a.*
2. q. 1. ad 4. Nihil in hoc Sacramento temerè
asserendum esse, neque multum ianitendū
rationi, quando Mysterium hoc fundetur
supra miraculum, & potentiam supra natu-
ram. Hoc S. Doctoris secutus ego consili-
um & exemplum, quæ dicta hic vel alibi
sunt, pariter subijcio non solum S. Ma-
tris Ecclesiæ, sed cuiuscunque rectè sentiem-
tis

tis iudicio. Quod si cuiquam præsentis scriptiunculæ sensum tanti Doctoris minus attingisse videbor, vel etiam Seraphico Soli nebulas non tam dispulisse quam superaddidisse, veniam tamen, spero, dabit haud ægrè intentioni rectæ, & in Seraphicum Ecclesiæ Doctorem Reuerentiæ; Ego enim (vt cum Hug. Victorino, l. de Sacram. p. 1. c. 2. concludam) puto viros sapientiæ (qualem in primis ab Ecclesia laudari S. Bonaventuram initio audiimus) in rebus tam obscuris & dubijs, atque à sensu nostro remotis, nec temerè asseruisse, quod nescierunt, neque in his quæ asseruerunt, præsertim tantâ diligentia prolatis, errare potuisse. Illud magis crediderim, sub assertionis formâ, inquisitionis studium aliquando fuisse &c. Hæc ille, qui modestiam hanc omnibus etiam amplectendam continuo inculcans: *Qui sic. (subdit) dicta Sæctorum pie interpretari voluerint, nec falsa credendo in errorem incident, nec vera reprehendendo in elationem &c.*

